



Corpus Juris Canonici

Gregor <XIII., Papst>

Coloniae Munatianæ, 1665

7 Ecclesiæ rebus sunt hæretici spoliandi.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62915](#)

de quo contendebat, vel querat verum, quod nesciebat, & volens jam teneat, quod nolebat. Item infra. ¶ Mea primitus sententia erat, neminem ad unitatem Christi esse cogendum; verbo esse agendum, disputatio pugnandum, ratione vincendum, ne fictio catholicos haberemus, quos apertos hereticos neveramus. Sed haec opinio mea non contradicentium verbis, sed demonstrantium superabatur exemplis. Nam primò mihi opponebatur civitas mea, quæ cum tota esset in partem Donati, ad unitatem catholicam timore legum imperium conversa est: quam nunc videmus ita hujus vestre animositatis perniciem detegari, ut in ea nunquam fuisse credatur. Ita alia multæ, quæ nihil nominatum commemorabantur, ut ipsi rebus agnoscerem, etiam in hac causa recte intelligi posse, quod scriptum est: [Da sapienti occasionem, & sapientior erit.]

C. IV. ¶ Onore pensionis rusticus ad Dominum
conversi cogatur.

Item Gregorius Iunioris Episcopo Cara-
litano, lib. 3, epist. 26.

¶ Am vero, si rusticus tanta perfidia & obstinationis fuerit inventus, ut ad Deum minimè venire consentiat, tanto penitus onere gravandus est, ut ipsa exactionis sua peccata compellatur ad recrudendum fellare.

Ex his omnibus intelligitur, quod mali sunt cogendi ad bonum. Sed obiectio, quæd nemo est cogendum ad id, ad quod iniuriter cogitur. Ad bonum autem quæsque iniuriter cogitur, cum Deus afferma eadæ servitutem. Vide Apostolus b. eam ad Clemens Romanos Corinthus horaretur, ait: [Vnusquisque, prope deprimavit in corde suo, non ex tristitia, sed ex necessitate. Philarem cum datum dedit Deum.] Vnde datur intelligi, quod qui invitus dat propter presentem pudorem, & rem, & nonrum perdit. Item, cum redderet causam, quare sumptibus abficeret, ait: [Sed ex necessitate evangelizavero, non erit mihi gloria.] ¶ Item [Si invesus evangelizavero, dispensatio mihi credita est. Si autem voluntaria ego, mercedem habeo apud Deum.] Item cito Galat. à servire legata non esse tenenda, ait: [Si Spiritu ducimini, non es sub lege.] Ex quo apparet eum, quo sub lege est, qui timore pane, non amore iustitia servat, non duci Spiritu Sancto: Si autem Spiritu Sancto non ducitur, Deo placere minime vader. ¶ Item: [Non e accipisti Spiritum servitutis iteram in timore, sed accepisti Spiritum adoptionis filiorum, in quo clamamus, abba pater.] Ex quibus verbis datus intelligi, quod si fuerit Testamento timore pane homines cogulant ad bonum, tamen in novo Testamento sola libertate & dilectione iustitiae sunt invitando ad fidem. Vnde illi dicuntur f. serui & filii ancilla, & pertinentes ad Ismael: isti dicuntur liberi & filii libera, pertinentes ad Iacob. ¶ Item Iannae in epistola: g [Timor non est in charitate: sed perfecta charitas feras mitit timorem.] Qui autem cogitat, timore illo duetur, quæ non est in charitate; qui manus comprimit, non animus mutat; qui paucum timet, non bonum diligit. Porro sine dilectione boni nullus Deus placere, vel in numero bonorum commiserari poterit. Vnde, cum Prophetæ diceret: [Animales ruckabituibus in ea] scilicet hereditate ostendit, quomodo ad ipsam habitationem pertinuerint, subdit: [In dilectione tua, quam tu preparasti pauperi Deus:] dulcedinem vocans, suavitatem boni operis, qua bonum sit non timore pane; sed dilectionis iustitia. Cum ergo sine hac dulcedine animalia in harditate non habent, patet quod nemo, nisi iniuriter, ad bonum cogitur solo timore. Quicunque enim ad bonum cogitur, solo timore, non amore ducitur: non ergo sunt mali cogendi ad bonum. ¶ Hu ita respondetur. Si bonum, at quod mali coguntur, semper inviti tollerant, & manu voluntari ferrentur, iniuriter cogerentur ad aliud. Sed quia humana natura est, & ea, que in desuetudinem dicuntur, abhorre, & confusa magna custodia diligere, flagella tribulationum mali sunt cohendendi a malo, & provocandi ad bonum: ut deus timore

a Proph. b 2.Cor. 9. c 1.Cor. 9. d Gal. 5. e Rom. 8.
f Gal. 4. g 1.Iohn. 4. h Psal. 67.

puna malum in desuetudinem dicitur, abhorreat: bonum tamen ex confusione dulcescat. Vnde Augustinus in Psal. 127, a [Con] per timorem t. gehennæ continet se homo a peccato, fit confusio p[ro]fessio, & misipit, quod durum erat, amari: & incipit excludi timor à charitate, & succedit timor castus, de quo hic dicitur: quoniam, ne tardet sponsus, ne discedat, ne ocaremus. Ille ut in eis, sed non permaneat in æternum ut sit. ¶

¶ Cum pertimorem] Locus hic portus convenit cum psalmo ordinaria in eandem Psalmum: sunt tamen hic aliqua ex B. Augustino, quæ non sunt in glossa.

QVÆSTIO VII.

Nunc autem queritur, an heretici suis & ecclesiæ nisi sint expoliandi: & qui possident heretici ablati, adiungantur possidere aliena.

C. I. ¶ Rei terrena non nisi dirivingat humanum jure tenetur. De his ita scribit Augustinus ad Vincentum, epif. 43.

Vieunque & vos ex occasione legis hujus Imperialis non dilectione corrigit, sed inimicani odio persequitur, displace nobis. Et quoniam res quoque terrena recte a quoquam possideri non possit, nisi vel iure divino, quo cuncta iustorum sunt; vel iure humano, quod in porcellate est Regum terra, (ideo falsi vestras appellatis, quas nec justæ & possidetis, & secundum leges Regum terrenorum amittere iusti estis, finisque dicuntis, nos eis congredi laboravimus, dum scriptum legatis: [Labores impiorum & iusti edunt.] Sed tamen, quisque ut occasione hujus legis 2, quoniam Reges terra Christo servientes ad emendandam impietatem vestram promulgaverant, res proprias vestras copide appetit, displace nobis. Quisquis denique ipsas pauperum, vel Basilicas congregationum, quæ sub nomine ecclesiæ renabat (qua omnino non debentur, nisi ei ecclesiæ, quæ vera est Christi ecclesia) non per iustitiam, sed per avaritiam tenet, displace nobis. Quisquis e pro aliquo flagitio vel faciente dejectum f. a vobis & ita suscipit, sicut suscipiuntur, qui excepto errore, quo a nobis separarimi, fine crimine apud vos vixerunt, displace nobis. Sed nec facile illa monstratis: & si monstratis nonnullos toleramus, quos corrigerem vel punire non possumus: neque properantes malos rumpimus retia Domini: neque proper habens in fine legrandos deferimus gregem Domini: neque properata facta in contumeliam, migramus de domo Domini.

¶ Labores impiorum] Hic sententia finit, quod scribuntur Proph. 13. In ore & lata & donatio, id est in infra, eadem c. quemadmodum. Thesaurizant autem iustis divitias impiorum. Vbi vulgata havet, custodit utraeque substantia peccatoris. Itemque Eccl. 61. forepati, & dicens tibi mecum aucto rati donatio, cum ante dixisse, id est ibi regit. Sapientia 10. legitur. Ideo iusti tulerunt spolia impiorum, infra, ead. c. quemadmodum.

¶ Hujus legis] In codice Theodosiano, lib. 16. tit. 5. sunt leges Honorii & Theodosii 43. 52. & 54. in quibus principiis deficia, prædia, & loca, quæ ad conventicula Donatistarum, vel aliorum hereticorum ante pertinuerant, ab ecclesiæ catholicæ vindicta, vel ecclesiæ sociari debet. Et ad has leges vedente Petrus B. Augustinus, & hic, & in tractatu 6. in Ioannem (ut notatum est super dictum s. quæ patet) & contra Ieron. Petilius (ut in proximo sequenti capite) & aliis.

a Ad vers. uxor tua. b Ius p. 3. cap. 179. Page. lib. 7. 116. c alii. iusti. d alii. edent. e 24. q. 1. quisquis. f. di-
ficiunt. g. quæ patet. h contra Ieron. Petilius (ut in proximo se-
quenti capite) & aliis.

¶ Vobis]

^a ¶ Vobis] Sic emendatum ex venustis codicibus, & origi-
nali, cum vulgatis, & hic, & infra 24. q. i. quisquis legeretur,
nobis vox autem dejectum, non est mutata eorum. Nam
in vulgaribus, & infra cap. citato, & apud Iusarem, & in Originali
edit. projectum.

C. II. ¶ Catholicæ non idem aliena possident, quia
ab hereticis ablata sunt.

Item contra literas Petitiones, lib. 2. cap. 45.

Sed de rebus, vel locis ecclesiasticis, quæ tenebatis, &
non tenetis, querimini, possunt & Iudei se justos dicere, & inquitur nobis objicere: quia locum, in quo
impiegaverunt, modo Christiani possident. Quid
ergo indignum, si ea, que tenebant heretici, secundum
potest Domini voluntatem catholici tenent? Ad o-
mnes enim sicutiles, id est, ad omnes impios & iniquos
illa vox Domini valeret. b [Aueretur à vobis regnum
Dei, & dabitur genti facienti justitiam.] An frustra
serimus est: [Labores impiorum justi edent?] Quia
proper magis mirari debet, quod adhuc tenetis alii-
quid, quam quod aliquid amisistis. Item cap. 59. Si qua-
mum præcili posseidere cœpsisti, quia vobis ablata nobis
Dominus dedit, non idem concupiscimus aliena: quia
illius imperio, cuius sunt omnia, facta sunt nostra, & ju-
ncta sunt. Vos enim his utebamini ad præcio-
rem, nos ad unitatem. Aliquin & primo populo Dei
potest illi objicere, aliena rei concupiscentiam, qui di-
vina potestate eorum facie, quia ea terra male uteban-
tur, expulsi sunt: & ipsi Iudei, a quibus ablatum est
regnum secundum d' verba Domini, & datum est genti
facienti justitiam, possunt objicere aliena rei concupi-
scientiam: quia ecclesia Christi possidet, & ubi persecu-
tiones Christi regnabant.

C. III. ¶ Rei ecclesiastice ab hereticis injus-
tificantur.

Idem epist. 50. ad Bonifacium.

¶ Idem autem nobis objicte, quod res eorum con-
cupiscimus & auferamus, utinam catholici fiant,
non solum quæ dicunt sua, sed etiam nostra in pace
et charitate possideant. Vñque adeo autem
aliamandi cupiditate excantur, ut non attendant,
quæ sint inter se contraria, quæ loquantur. Ipsi certe
dicunt, & invidiosissimi conqueri videntur, quod eos in
noscimus communionem violento legum imperio coar-
camus. Hoc utique nullo modo faceremus, si res eorum
possidere vellemus. Quis avarus querit compoffidorem?
Quis dominandi cupiditate inflammatus, vel falso do-
nationes clatus, desiderat habere confortem? Ipsos
certe attendamus quondam suos, jam nostros socios, &
stetim nobis dilectione conjunctos; quemadmodum
ea teneant, non solum, quæ habebant, sed etiam no-
stra, quæ non habebant. Quæ tamen, si pauperum com-
plices sumus, & nostra sunt, & illorum. Si h' autem
privatum, quæ nobis sufficiunt possidemus, non sunt il-
la nostra, sed pauperum quorum procriptionem quo-
dammodo gerimus, non proprietatem nobis usurpare
ne dannabilis vindicamus. Quidquid ergo nomine ec-
clesiarum pati i. Donati possidebatur, Christiani Im-
peratores legibus religiosis cum ipsis ecclesias ad catho-
licam transire jussi sunt. Cum ergo nobiscum sint ple-
beianandæ ecclesiarum, nobiscum pauperes, qui de
eisdem possessiunculis alebantur, ipsi potius foris pos-
sidentem concupiscere aliena, sed intrent in unitatis
societatem, ut pariter gubernemus non illa tantum, quæ

^a I Tim. 6. 19. b Matth. 21. sup. c. proximo. c concisi.
d I Cor. 4. 21. e al. id est præfider. f Poly. lib. 7. tit. 5. Ans. l. 12.
g al. sua. h Iop. 32. quæf. i. si prævatim. i. al. partes
Daneo præfatione.

dicunt sua, verum etiam quæ dicuntur & nostra. Scri-
ptum a. etenim: [Omnia vela: vos autem Christi,
Christus autem Dei.]

C. IV. ¶ Qui à corpore Christi præcidatur, spiritu
suum iustitia tenere non pos-
sunt.

Idem in eadem epistola 50.

¶ Vemadmodum membrum, si prædicatur ab homi-
nis vivi corpore, non potest tenere spiritum virtutis,
sic homo, qui præciditur de Christi iusti corpore, nullo
modo potest tenere spiritum iustitiae, etiam si figuram
membris teneat, quam sumpsit in corpore. In h' hujs
ergo compaginem corporis veniant, & labores suos non
dominandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant.
Nos autem voluntatem nostram, ut iam dictum est,
ab hujs cupiditatibus foribus, quolibet inimico judi-
cante, purgamus: quando eos ipsos, quorum labores
dicuntur, ut nobiscum & illis, & nostris in societate catho-
lica utantur, quantum valemus, inquirimus. ¶ Sed
hoc est, inquit, quod nos movet: si iusti sumus, qua-
re nos queritis? Quibus respondemus, quærimus vos
injustos, ne permanent in iusti: quærimus perditos, ut
de inventis gaudere possimus, dicentes, Mortuus erat
frater, & revixit, perierat, & inventus est. Quare ergo,
me, inquit, & non baptizas, ut me alias à peccatis? Re-
spondeo, quia non facio iuriam characteri Imperatoris,
cum errorem corrigo desertoris. Quare, inquit, a-
pud te vel penitentiam non ago? Imò, nisi egeris, sal-
vus esse non poteris. Quomodo enim gaudebis te esse
correctum, nisi doles refuisse perversum? Quid ergo,
inquit, apud vos, cum ad vos transimus, accipimus? Re-
spondeo, non quidem accipitis baptismum, qui vobis
extra compaginem corporis Christi inesse potuit, prodesse
non potuit: sed accipitis a unitatem Spiritus in vinculo
pacis (linea qua nemo poterit videre Deum) & chari-
tatem, qua sicut scriptum est, cooperis multitudinem
peccatorum. & supra. ¶ Si autem consideremus, quod
scriptum est in libro Sapientie: [Ideo iusti tulerunt
spolia impiorum.] Item, quod legitur in proverbiis: g
[Thesaurizantur autem iustis divitiae impiorum,] tunc
videbimus non esse querendum, qui habeant res hereti-
corum, sed qui sint in societate iustorum. Item post aliquam.
¶ Si corpus Christi tollit spolia impiorum, & corpori
Christi thesaurizantur divitiae impiorum, non debent
impiorum foris remanere, ut calumniantur, sed intrare poti-
us, ut justificantur. Item post aliquam. ¶ In h' Christi ergo
compaginem corporis veniant, & labores suos non domi-
nandi cupiditate, sed bene utendi pietate possideant. Nos
autem voluntatem nostram, ut iam dictum est, ab hujs
cupiditatibus foribus, quolibet inimico judicante, purga-
mus: quando eos ipsos quorum labores dicuntur, ut no-
biscum, & illis, & nostris in societate catholica utantur,
quantum valemus, inquirimus.

¶ Antea citabatur ex epistola ad Vincentium, in qua non
habetur.

Hui igitur auctoritatibus liquido monstratur, quod ea, quæ ab her-
eticis male possidentur, à catholico iuste auferuntur, nec idem aliena
possidere dicuntur.

QVÆSTIO VIII.

D E Episcopus vero, vel quibuslibet clericis, quod nec sua au-
toritate, nec auctoritate Romani Pontificis arma arripere
valeant, facile probatur. Cum enim Petrus, qui primus
Apostolorum a Domino fuerat electus, materialiter gladium exiceret,
ut magistrum à Iudeorum iuria defensare audiret: i [Converte
gladium tuum in vaginam: omnis enim qui gladium accepit gladio

^a I Cor. 3. b infra hoc eodem c. in fin. c. Luc. 15. d Eph. 4.
e Iac. 5. f Sap. 10. g Prov. 13. secundum 70. h sap. 10. secundum
e. non longe ab initio. i Matth. 26.